



Ant. ad introitum (Ps 65, 1-2)

lubilate Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini eius, date glóriam laudi eius, allelúia.

PSALMUS 66 (65)

- 1 lubilate Deo, omnis terra,
- 2 psalmum dicite gloriae nominis eius, glorificate laudem eius.

- 3 Dicite Deo: « Quam terribilia sunt opera tua. Prae multitudine virtutis tuae blandientur tibi inimici tui.
- 4 Omnis terra adoret te et psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo”.

- 5 Venite et videte opera Dei, terribilis in adinventionibus super filios hominum.
- 6 Convertit mare in aridam, et in flumine pertransibunt pede; ibi laetabimur in ipso.

- 7 Qui dominatur in virtute sua in aeternum, oculi eius super gentes respiciunt; rebelles non exaltentur in semetipsis.
- 8 Benedicite, gentes, Deum nostrum et auditam facite vocem laudis eius;

- 9 qui posuit animam nostram ad vitam et non dedit in commotionem pedes nostros.
- 10 Quoniam probasti nos, Deus; igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

- 11 Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro.
- 12 Imposuisti homines super capita nostra, transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.

- 13 Introibo in domum tuam in holocaustis; reddam tibi vota mea,
- 14 quae protulerunt labia mea, et locutum est os meum in tribulatione mea.

- 15 Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boves cum hircis.
- 16 Venite, audite, et narrabo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animae meae.

- 17 Ad ipsum ore meo clamavi et exaltavi in lingua mea.
- 18 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

- 19 Propterea exaudivit Deus, attendit voci deprecationis meae.
- 20 Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam et misericordiam suam a me.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto,
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.

Cant d'entrada (Ps 66 [65], 1-2)

Aclama Déu, tota la terra. Canteu la glòria del seu nom, canteu la seva fama gloriosa. Alleluia

SALMO 66 (65)

- 1 Aclama Déu, tota la terra.
- 2 Canteu la glòria del seu nom, canteu la seva fama gloriosa.

- 3 Digueu a Déu: «Que en són, d'admirables, les teves obres! En veure't tan gran i poderós, els teus enemics se sotmeten.
- 4 Tota la terra es prosterna al teu davant i canta per a tu, canta al teu nom.»

- 5 Veniu a contemplar les gestes de Déu. Que n'és, d'admirable, el que fa amb els homes!
- 6 Convertí la mar en terra ferma, passaren el riu a peu eixut. Celebrem, doncs, la seva gesta!

- 7 Ell governa sempre amb el seu poder, els seus ulls vigilen les nacions: que es guardin els rebels de revoltar-se!
- 8 Pobles, beneïu el nostre Déu, feu sentir la seva lloança;

- 9 ell ens preserva la vida i manté segurs els nostres peus.
- 10 Ens has provat, Déu nostre; com la plata, ens depuraves al foc.

- 11 Has fet que caiguéssim al parany, ens has carregat un pes feixuc.
- 12 Has fet passar gent a cavall per damunt nostre, hem entrat a dins del foc i a dins de l'aigua, però finalment ens has dut a l'abundància.

- 13 Porto víctimes a casa teva, vinc a complir les promences,
- 14 les promences fetes pels meus llavis, pronunciades en hores de perill.

- 15 T'ofereixo víctimes en holocaust, faig pujar davant teu el fum dels moltons, et sacrifico vedells i cabrits.

- 16 Veniu, escolteu-me, els qui sou fidels a Déu, i us contaré el que ha fet per mi.

- 17 Quan li adreçava el meu clam, ja tenia a flor de llavis la lloança.
- 18 Si el meu cor s'hagués fiat de males arts, el Senyor no m'hauria escoltat.

- 19 Però Déu m'ha escoltat, ha fet cas de la meva súplica.
- 20 Beneït sigui Déu: no ha refusat la meva súplica ni m'ha negat el seu amor.

Glòria al Pare i al Fill i a l'Esperit Sant
Com era al principi, ara i sempre i per tots els segles dels segles.
Amén.

Ant. ad communionem (Lc 24, 35)

Cognovérunt discípuli Dóminum Iesum in fractióne panis, allelúia.

PSALMUS 34 (33)

- 2 Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.
- 3 In Domino gloriabitur anima mea, audiant mansueti et laetentur.
- 4 Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in idipsum.
- 5 Exquisivi Dominum, et exaudivit me et ex omnibus terroribus meis eripuit me.
- 6 Respicite ad eum, et illuminamini, et facies vestrae non confundentur.
- 7 Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum et de omnibus tribulationibus eius salvavit eum.
- 8 Vallabit angelus Domini in circuitu timentes eum et eripiet eos.
- 9 Gustate et videte quoniam suavis est Dominus; beatus vir, qui sperat in eo.
- 10 Timete Dominum, sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.
- 11 Divites egerunt et esurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.
- 12 Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos.
- 13 Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies, ut videat bonum? -
- 14 Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua, ne loquantur dolum.
- 15 Diverte a malo et fac bonum, inquire pacem et persequere eam.
- 16 Oculi Domini super iustos, et aures eius in clamorem eorum.
- 17 Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.
- 18 Clamaverunt, et Dominus exaudivit et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.
- 19 Iuxta est Dominus iis, qui contrito sunt corde, et confractos spiritu salvabit.
- 20 Multae tribulationes iustorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus.
- 21 Custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.
- 22 Interficiet peccatorem malitia; et, qui oderunt iustum, punientur.
- 23 Redimet Dominus animas servorum suorum; et non punientur omnes, qui sperant in eo.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto,
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.

Antífona per a la comunió (Lc 24, 35)

Els deixebles van reconèixer el Senyor Jesús quan partia el pa. Alleluia

SALM 34 (33)

- 2 Beneiré el Senyor en tot moment, tindrè sempre als llavis la seva lloança.
- 3 La meva ànima es gloria en el Senyor; se n'alegraran els humils quan ho sentin.
- 4 Tots amb mi glorifiqueu el Senyor, exalcem plegats el seu nom.
- 5 He cercat el Senyor i ell m'ha respost, m'ha alliberat de l'angoixa que tenia.
- 6 Alceu vers ell la mirada i sereu radiants, i no haureu d'abaixar els ulls, avergonyits.
- 7 El Senyor escolta el pobre que l'invoca, i el salva de tots els perills.
- 8 Acampa l'àngel del Senyor entorn dels seus fidels per protegir-los.
- 9 Tasteu i veureu que n'és, de bo, el Senyor; feliç l'home que s'hi refugia!
- 10 Sants del Senyor, venereu-lo; venereu-lo i no us mancarà res.
- 11 Els més rics s'empobreixen, passen fam, però als qui cerquen el Senyor no els faltarà cap bé.
- 12 Veniu, fills meus, escolteu-me; us ensenyaré de venerar el Senyor.
- 13 Qui és l'home que estima la vida, que vol viure temps i fruit de benestar?
- 14 Guarda't la llengua del mal, que no diguin res de fals els teus llavis.
- 15 Decanta't del mal i fes el bé, busca la pau, procura aconseguir-la.
- 16 Els ulls del Senyor vetllen pels justos, els escolta quan criden auxili.
- 17 El Senyor es gira contra els malfactors per esborrar de la terra el seu record.
- 18 Als qui clamen al Senyor, ell els escolta i els treu de tots els perills.
- 19 El Senyor és a prop dels cors que sofreixen, salva els homes que se senten desfets.
- 20 El just pateix molts mals, però el Senyor sempre l'allibera;
- 21 vetlla per cada un dels seus ossos, no en trencaran cap ni un.
- 22 La malícia duu el malvat a la mort, els qui detesten el just pagaran la seva culpa.
- 23 El Senyor rescata la vida dels seus servents: quedaran nets de culpa els qui es refugien en ell.

Glòria al Pare i al Fill i a l'Esperit Sant
Així com era al principi i ara i sempre i per tots els segles dels segles. Amén.